



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1650

§. 6. Iustitiæ quanta sit vis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

hoc arduum Othoni, sed fecit. Arsit igitur infelicibus flammis Imperatrix, quæ illicito atq; impuro igne accensa ita exarsit, ut quem ad facinus inducere non poterat, per calumniam, in interitum nefarie præcipitaret; sed exitio alterius in exitium ipsa incurrit, atque in fenum abiit libidinosa, & calumniosa maiestas. Quo facto suam vitam redemit Imperator, & viduam tribus castris donatam, ut contenta abiret, rogavit.

§. VI.

Iustitia quanta sit vis?

Talionem vides? immò vides æquitatem?

Sed Viduæ audaciam miraris? *Putas, neminem debere cogi ad iustitiam?* cum legas

S. Aug.
48. ep.

patrem familias dixisse servis: *Quoscumq; inuenieritis, cogite intrare?* Miraris patientiam

Idem ep.

Imperatoris? *Iustitia verò sic amanda est, ut*

144.

ab eius operibus etiam pœna corporis nos cohibere non debeant, &c. Hinc est, quod ille fortissimus iustitia dilector exclamat: Quis nos separa-

Rom. 8.

bit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? ait S. Augustinus. Et cogi

igitur, appellatione illa, immò prodigio illo ad iustitiam potuit Imperator; & mor-

tem

tem velle pati. Quod sanè mirum videbitur sæculo nostro, Imperatorem voluisse mori; neque probaturo, ipsam Imperatricem morti adiudicatam. Nimirum *sicut palato non sano pœna est cibus, sano suavis est: & oculis agris odiosa lux, qua incolumis gaudet obtutus: ita displicet iniquis iustitia Dei, cui si subicerentur, non conturbarentur.* Hinc multi memoratam historiam fabulis ascribent; illi scilicet, qui putant, Principes debere suo commodo, non iustitiæ legibus, Rempublicam administrare; cùm vetus sit illud: *Sine iustitia, ne Iouem quidem posse Principem agere.* Iustitia autem est clausis oculis, non aspicit pœnam; delictum expendit; nec parcit vxori; nec Principi iniuriarum licentiam concedit. Heu quàm deploranda igitur iustitia est illis, qui non solùm summis capitibus, & verticibus Rerumpublicarum volunt omnia impunita esse, verùm etiam licita arbitrantur, neque in quæstionem vocanda! quasi non aliquando vel illorum oscitantiâ, vel ignorantia, vel auaritiâ, vel crudelitate, vel iniustitiâ, mille homines, iterumque mille & mille in exitium trahi sinnerentur? Quasi non tot villæ, pagi, arces, & vrbes pessum darentur? Vbi talionis pœna?

Plutarch.
lib. de
doc. Prin-
cip.

na?

na? Sæpe (quandoquidem talium cladum
 authores ipsi se non vocant ad tribunal)
 Deus eos afficit talionis pœnâ, cùm illis
 similia mala immittit: Sæpe illis maiora
 reservat supplicia in Acheronte, quia non
 sufficit illis talionis pœna. *Audite ergo reges, Sap. 6. 26*
& intelligite, discite iudices finium terra. Pra-
bete aures vos, qui continetis multitudines, &
placētis vobis in turbis nationum: quoniam
data est à Domino potestas vobis, & virtus ab
Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & co-
gitationes scrutabitur: quoniam cùm essetis mi-
nistri regni illius, non recte indicastis, nec custo-
distis legem iustitiæ, neq; secundum voluntatem
Dei ambulastis. Horrendè & citò apparebit vo-
bis: quoniam iudicium dixerisimum his, qui præ-
sunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia
potentes autem potenter tormenta patientur.

§. VII.

Malerum militum talio.

Quòd si verò Principes, Duces, Reges,
 ac Imperatores, ob delicta sua, si non atro-
 ciùs, saltem lege talionis puniuntur; quid
 expectandum erit militibus illis, quibus
 tota militia nihil est aliud, quàm rapien-
 di, cædendi, occidendi licentia? Putantné,
 si desunt tribunalia in terris, nullum in cæ-
 lo su-